



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



EXERCITATIO PHILOSOPHICA
De
PRUDENTIA
JUDICIARIA,

Quam,

AUSPICE

D. T. O. M.

Prudentissimo Judiciorum Directore

MODERANTE

VIRO

*PLVRIMVM REVERENDO, AMPLISSIMO
ATQUE EXCELLENTISSIMO*

**DN.M.JOHANNE CON-
RÁDO DÚRRIO,**

SS. THEOL. ET PHIL. MORAL. P.P.

**Dn. FAUTORE, PRÆCEPTORE ATQUE HOSPITE
SUO HONORATISSIMO,**

*Publico placidoqꝝ Eruditorum Examini
exhibet*

AUGUSTUS Kraher / Dresdensis

A. E^r R.

Ad diem Novembris,

ANNO CIC LO LXXI.

ALTDORFFI,

E Chalcographeo JOHANNIS GÖBELI.


THE MARCH OF
THE TIDE

BY

EDWARD B. FISHER

1912

THE MARCH OF THE TIDE
is a series of poems written by Edward B. Fisher, a poet and author from New York City. The poems are arranged in a sequence that follows the cycle of the tides, from low water to high water and back again. The poems are written in a variety of styles, including free verse, sonnets, and haikus. The poems are intended to be read sequentially, starting with "The March of the Tide" and ending with "The Tide is High". The poems are meant to evoke a sense of the natural rhythms of the world, and to remind us of the beauty and power of the natural world.



Q. D. B. V.

EXERCITATIO PHILOSOPHICA

D.

PRUDENTIA JUDICIARIA

THESIS I.

 Erè non minus quàm venustè Aristoteles<sup>[a] P. E. M.
s. 21.</sup> Judicem vocat Jus animarum [a] quod scilicet ipse Auctoritate publicâ causas & actiones civiles juxta normam Juris seu Naturæ, seu Positivi dirigere & componere debeat.

I I. Et si enim natura cuiuslibet homini potestatem concessit, bona sua ab altero sibi creptâ recuperare, & injuriam vim arcere ; Cùm secundum Ciceronem [b] omni generi animalium à Naturâ tributam sit, ut se vitam corporis tueatur.

I I I. Quia tantum ex infirmitate nobis ~~convenit~~, & hinc consequente nimio doloris sensu, evenire saceremonia solet, ut in dijudicandis nostris & nostrorum rebus cœcutientes, insuper habito aut violato moderamine inculpatæ tutelæ modum vindictæ excedamus, & nimium nobis tribuamus ; hinc coram mutri moratiorum Gentium, consensu reperta & instituta sunt Judicia publica.

I V. Cernentes enim mitigatis moribus, multò esse honestius [c] & ad quietem hominum conducibilius, ab

A 2

[c] Om. 67.
1. de B. C. P.
60, 63. 8. 1.

eo, atque nihil intenit, rem cognosci; quam homines finguatos, animosua s̄ep̄ amantes sui, quod jus putarent, id massa exigitur: ut unum locum convenerunt, Judices

[d] ad lib. II. constituti, & his solis data potestas vindicandilæflos [d]
c. 20. n. 8. ademt̄ ceteris, quam Natura indulserat, libertate.

V. Tamquæ laudabili instituto obsequendum esse
prater tam iuris Civilis, subi Societate institutâ

[e] Id. lib. I. jus illud resistendi promiscuum, [e] publicæ pacis & ordi-
nisi causâ prohibitum: Cum idem vice partis & Judicis
simul fungi, ac sibi ipse imperare vel prohibere non pos-

[f] L. 13. s. 4. sit; [f] ipsa dictitat Ratio & æquitas naturalis. Non est
f. ad SC. Trebell. quippe singulis concedendum, (ait JCtus Paulus) quod per Ma-
gistratum publicè fieri potest, ne occasio sit majoris tumultus for-

[g] L. 176. f. secundū. [g]

V. I. Hinc etiam hanc difficulter deduci potest, po-
testatem illam, judicandi peculiariter residere in Principe
(plenariam in Republicâ potestatem habente,) aut eo Ma-
gistratu & personâ publicâ, [h] quæ summam & ordina-
riam habet potestatem, aut certè per commissionem, ut
loquuntur, delegatam & concessam à summo & superio-
rem in terris non agnoscenti Magistratu. Quomodo enim
judicium aliás effectum suum sortiri posset, nisi cum vi
coactivâ à superiore non impeditâ, per quam constrin-
gantur partes ad obsequium præbendum sententia Judi-
cis, esset conjunctum.

VII. Ut autem judicium rectè & legitimè, atque ex
præscripto rectæ rationis, administretur, & æquâ lance jus
suum unicuique tribuatur, Canones quosdam generales ad
Judicis officium spectantes in medium proferam; Præ-
cepta autem specialia, quæ Judici præscribunt, quomodo
se gerere debeat in hac vel illâ parte litis, ut à scopo meo
in præsentium alienum, producere supercedebo.

VIII.

VIII. Debet itaque primò abesse à **Judice**, ut sine respectu Personarum officium suum faciat, atq;
magnum ut parvum judicet. Huc respexerunt Veteres,
dum pinxerunt Justitiam cum peplo oculis obducto,
significantes, eam nullius personæ respectum habere. Et
Egyptiorum Justitiam sine capite exsculptam fuisse legi-
mus apud Alex. ad Alex. lib. 4. Gen. Dier. c. 12. Quem-
admodum videmus Solem non alium esse diviti quām
pauperi, sed omnibus communem: Sic **Judex Sol Justitiae**
erit, si rem & causam, non verò personam, respiciat.

X. Ceterum ut requisitum hoc & officium **Judicis**
rectè intelligatur, observandum est, vocabulum
medium sive ambigutum esse, ita ut modò in me-
torem capiatur partem, sicut idem, quod accurata
ponderatio circumstantiarum, circa persone delinquentis
mores & animum aliasquę qualitates, ut exinde facti spe-
cies & qualitas eō melius appareat, eiisque poena commen-
suretur aptius; modò deteriorem sortiatur acce-
ptionem, quando scilicet **Judex** ex odio, gratiā, ami-
ciciā, aliavc iniquā ratione uni personæ magis quām alteri
saret.

X. Et priori modo **LICITA** est, quando persona ita
est connexa cum causā, ut eam vel aggravet, vel elevet;
ita ut, qui peccat in Deum, gravius peccet, & severiorē
poenam promercatur, quām qui peccat in hominem: per-
tuciens **Magistratum** gravius luat, quām qui percutit pri-
varum: qui ratiō in delictum consensit, censeatur levius
peccasse, quām qui ejusdem reatu sāpē se obstrinxit, ubi
prōsumitur animus præmeditatus, improbitati assuetus,
& obstinatus peccandi propositum.

X I. Posteriori modo **ILLEGITIMA** est, & **Justitiae** **equitatem** aduersa, quando personæ considerantur, quatenus ipsam causam, planè non attingunt, i.e. quando personæ delinquentes propter generis nobilitatem, dignitatem, potentiam divitias, consanguinitatem, affinitatem, &c. vel prorsus impune dimituntur, vel levius aequo puniuntur. Videatur Excellentiss. Dn. **PRAESSES** in **Instit.** **Ethic.** pag. 292.

X II. Ab hoc iniquo & vetito Personarum respectu ut sibi rectius caverent Areopagitat, litium controversias [i] **Alex. ab noctu & obscurâ luce** [i] munquam die iudicabant, ut Alex. lib. 3. Gen. Dier. ap. 3. procul ab omni affectu, qui animos in diversum agit, tantummodo facta cognoscerent, personas non viderent: vel, ut Lucianus exprimit: *ως μὴ οἱ τὰς ἀλητας, αὐτὸις οὐδὲν βλέποντες, οὐτε non ad dicentes, sed ad ea, que dicerentur, respicerent.*

II.

X III. Prætera (qui alter Canon est potest,) **Judex** recto judicio ductus, non affectum turbine impulsus sententiam ferat; proinde ab ipsius animo exulet. **Affectum** *αρετα*. Tales affectus sunt: **Ira**, **odium**, **similitas**, **vindictæ** **privatae** **cupiditas**, **præposterus** **favor** & **gratia**.

X IV. Graviter & hinculenter hoc monitum inculcat C. Cæsar, cuius verba auro dignissima consignata non **in Cari.** bis reliquit Sallustius: [k] *Omnem hominem, qui de rebus dubiis consulunt, ab odio, amicitia, irâ atq. misericordia vacuos esse docet. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiant.*

X V. Sicut enim amantes de formâ judicare non possunt, [l] **Quintid.** [l] **lib. 6. Inst.** **de affect.** *quia sensum oculorum premit amor: Ita omnem inquirendam rationem Judex amittere occupatus affectibus: affluer, & velut rapido flumini obsequitur.*

X VI. Idem sentiens Alphonsus Rex dixit, si vixisset tempore priscorum Romanorum, constructum fuisse templum Jovi Positorio, in quo, priusquam veni-

venirent in Senatum Patres Conscripti, amorem, odium
& privatos affectus omnes poserent.

XVII. Tertium praeceptum à Judice observandum est, ne Judex sententiam precipitet, nec causam prius decidat, quam utramque partem audiverit, & justâ judicij lance monacata circumstantiarum expenderit. Exuler itaque ab illo nimia celeritas ac ~~secula~~ quæ ut bonis consiliis & operibus nostris, ita quoque rebus iudicis inimica, in eo consistit, si Judex auditâ Actoris accusacione, sui aut privati commodi ductus ratione, pñnam Reo inaudito interrogat, aut nocentem non satis cognitâ causâ absolvit.

XVIII. Pertinet itaque ad munus Judicis ritè sapienterque obeundum æqua utriusque partis ac benevolâ audiendo admissio, ut in omni controversiâ ambos litigatores, quantum satis est, audiat, neque secundum alterius narrationem, etiam si vera sit, quicquam pronunciet, adequè memor semper sit illius, quod divinè propius à Seneca est enunciatum. [m]

[m] in Med.

*Qui statuit aliquid parte inaudirâ alterâ,
Æquum licet statuerit, band equus fuit.*

XIX. Si enim rationes & causæ veluti purpura & aurum longè melius dijudicantur, si invicem conferas: Quo pacto jus quisquam rectè dicere, aut homines probè judicare poterit, nisi prius utrumque litigatorem audiatur? [n]

X X. Id ad animum serio revocavit Alex. M. de quo Plutarchus testatur, [o] quod alteram aurem aperuerit, Actori, alteram Reo clausam servârit, memor forsitan illius Legis Atticæ: Δᾶς ἀποστρέψας ἀποστρεψει. Quod collimant rhythmus illi in Iadylæ Reip. Noribergensis Curiâ æri incisi:

[n] Plato in
Dempedoco
pag. 1317.

[o] in Vita
ejud.

Exim

~~Ein Manns~~ Red ist ein halb Red/
Man soll die Theil verhören bed.

Et inde antiquitus, ne judicia precipitarentur, Júdices secundo pronuntiabant, quo alludit Propertius lib. 4.

Positá Judex sedet Bacis urnā.

& Cicero pro Rabir. Modò vos sìdem in A. Gabiniām Júdices sedis; quo significatum fuit, judicem animo constante & sedato, & benè composito esse debere, ac exclusa præ-

[p] *Taubm.*
in Moſt. Plan
v. aſ. 5. ſc. 1.

I V. X X I. In primis I V. dabit operam Judex, ut cane pellitus & angue Avaritiam & munerum capitationem detestetur. Proinde ab ipso exulare debet Δαρεῖος, ac Δαρεῖος, h. e. ne muneribus se patiatur corrupti, adeoque ne ab eo quidem quicquam accipiat, qui causæ bonitate gaudet, ne vel in suspicionem iniuritatis, à qua omnem Virtutem bonum procul abesse decet, vocetur.

X X I I. Præterquam enim quod studiis impeditur veritas, &

Male verum examinat omnis

Corruptus Judex, [q]

[q] *Horatius*
lib. 2. ſerm.
ſat. 1.

tenebrasque offundit oculis mentis, & glaucoma obiicit quævis animi perturbatio, ne veritatem æquitatemque possit pervidere; insuper memor esse debet Judex, aliud licere Advocato ac Jurisperito, aliud Judici; neq; pariter ſibi integrum eſſe, iuſtum vendere iudicium, quia vendit Adiucatus iuſtum patrocinium, & Jurisperitus verum consilium, uigi eleganter statuerunt Viri incorruptissimi [r]

[r]
lauer alios
Augustinus
ad Macedon.
Ep. 54.

X X I I I. Quare Thebani, ut incorruptam Iuſti- tiam signarent, Judicum imagines sine manib; in Foro proposuere; ut hoc symbolo ostenderent, Judices ab omni munerum corruptelâ quam maximè immunes eſſe, oportere.

XXIV.

X X I V. Nam, ^[s] juxta Platonem, ^[s] *Judicium virgo* ^{[s] lib. 12. de Legibus.}
quada[m] pudica esse verè dicitur, removendæ meritò sunt ab eo corruptelæ & largitiones, quibus sancta illa & inviolabilis Justitia in nefandos improbi cujusque ruit amplexus.

X X V. Ab hâc Judiciorum corruptelâ severo & ad posteros in primis memorando exemplō Judices detergere voluit Cambyses, quando Sisamnem, Præsidem aliquin sibi charissimum, quod pecuniâ corruptus injustam ferentiam tulerat, interfecit, & toti corpori cutem detraxit, eamque instravit tribunal. Postea filium Sisamnis Otanem in eandem sedem collocavit, ac jussit eum intuentem Patris exuvias justè judicare, ne simili supplicio afficeretur.

X X VI. Ceterū hæc non promiscuè & eō accipi volumus, quasi religio esse debeat Judici, prorsus omnia mutiera & laborum præmia acceptare: sed ea tantum munera Judici accipere prohibita intelligentur, quæ eidem corruptelæ causâ offeruntur: non autem ea, quæ gravitatis & observantiae declarandæ causâ, vel etiam necessariæ sustentationis gratiâ exhibentur, in quibus periculi vel incommodi nihil metuendum est, & à LL. quoque permisum reperitur. [t]

X X VII. Pro generali denique præcepto ad Judicis officium generale pertinente habetur etiam illud, ut Judex unicè respiciat & sequatur veritatem, & LL. ac Justitiae vestigia [v] atque omnimodo cum veritate & LL. [v] in fine l. observatione judicium disponat [x] non pro suo arbitrio: ^{13. C. de sensu. Et in-} atque hæc quidem se præstirum, juramento se adstrinxertere debet. ^{[x] l. 14. C. de iudic.}

X X VIII. Quem jurandi morem olim apud Judices receptum etiam hodiè in bene constitutis Judiciis observari, ut jurare cogantur Judices, ubique promulgatae Judio-

dictionum Ordinationes facis super quæ testantur. Nam ut Athenis ex Legibus & institutis Solonis jurabant Judices, se iuratos sententiam secundum LL. neque munera accepturos, pariterque Actorem & Rem audituros, & pronunciatores de cù ne, de quâ propriè esset actio instituta

[y] Vir sum-
mus Cesar.
Ritterbusfus
Comment. ad
Salv. p. 389.
[z] Regim. lib.
9. Antiquis.
Rom. cap. 20.

[y]: Ira & Romanorum Judices in Leges istas (quæ ne alia
quoque multa ab illis mutuari sunt & usurparunt,) jura-
bant, ut obstricti Religione judicarent. [z]

X X I X. Acque ab hoc Jurejurando Religione,
Judicis sepiissime dici, & apud Ciceronem aliasqæ bonæ
Auctores, & apud JCtos, præclarè docet modò circus Rio-
cershusius.

X X X. Potest autem Judex duplice modo officium
suum exercere; vel respiciendo ad nudam compensatio-
nem parti laicæ facienda, quæ ACTIO CIVILIS Criminis cur,
et quæcū sa, quando ad privatam ipsius Actionis jurisdictionem
agitur, ut docet JCtorum & Academiz nostræ decas in-
signe, Dn. D. LUDVILLUS, Praeceptor colendissimus, in
Comment. ad Instit. lib. 4. tit. 4. de Injur. Vel ad vindictam
publicam exorcendam, Boni publici causâ, ne, crima si
impunita manent, eandem aut majorem aliis licentiam
peccandi aperiant, atq; ita ad maleficia temerè prosiliendo

[a] t. 14. C. de.
Pun.

[a] legum perstringantur clathri, publica intervertatur,
quies, noxaquæ & molestia facessatur aliis. Qui finis dum
propositus est Judici, instituitur ACTIO CRIMINALIS,
estquæ, quando ad publicam vindictam agitur, sive ad poe-
nam corpori infligendam, sive etiam ad pecuniariam
Fisco inferendam.

X X X I. Secundum duplē & diversam hanc
Actionem variat etiam Processus Judiciarius. Nam si Ci-
vilis sit Actio, officium suum Judex non suscipit, nisi ejus
opera requiratur à partibus litigantibus. Declaratur hoc
lucu-

Inculento Aristotelis loco [b.] his verbis: *Cum homines alii [b.] r. Eth. 4.
quā de re inter se dissident, ad Judicem configuntur. Adire porrè,^{s. 19. C. 577.}
ad Judicem, adire ad Ius est.*

X X X I I I. Atq; hoc officium potest esse aliquo modo
Judici commune cum privatis personis, utpote quæ ipsæ
sapientia possunt & solent judicum, vel potius arbitrorum mu-
nere fungi, & partes dissidentes conciliare. Hoc respectu
Δικαστής nominatus est quasi Δικαστής i. e. qui in duo rem secat:
Nam si, cùm due res sint aequales, id quod ab unā fuerit detra-
ctum, addatur alteri, his duobus hac illam superabiz. Si enim de-
tractum quidem nni rei fuisset, non autem etiam alteri addi-
tum, uno duntaxat alteram superaret. Mediā igitur cares, cui
accedit aliquid, uno superat: Et media eam, cui quid detractum
est, uno. Ex hoc itaq; cognoscemus, Et quid ei, qui plus habet, de-
trahendum sit; Et quid ei, qui minus, addendum: Nam quo res
media minorem superat, id ei, qua minus habet, addendum est:
quo media superatur, id maxima detrahendum: sicut præclare
ita differit Aristoteles loco iam cit. V. Eth.

X X X I I I I. A tali officio denominant Germani
Bidermann / quasi Beidermann / qui Actionem ad excessum aut defectum deflectentem ita ad medium reducit,
& partes litigantes comporit, tanquam medius & utriusque amicus. Quod autem Judici potius tanquam publi-
cae personæ, quam privatae, istud munus committere so-
leant homines, causa est ea, quod ille multo usū rerum
agendarum exquisitam præ aliis prudentiam sibi acquisi-
visse, sed & aliis virtutē integritate & candore præstare existi-
metur.

X X X I V. Si Actio sit Criminalis, tum Jūdex pro-
cedit vel ad petitionem parris, quod suā interest, postulau-
tis, seu instantiam Accusatoris, ut hæso jus suum restitu-
tur, querelam proponentis; vel ex officio suo per viam

Inquisitionis, h. e. nullo alio accusationem vel querelam criminis proponente.

X X X V. Hæc inquisitio duplex est, Generalis, & Specialis. Illa est, quando Judex ex officio suo inquirit generaliter: non contra certam aliquam personam, ut cum Præses, sive Prætor, vel quicunque alius Judex inquirit, an sint facinorosi homines in Provinciâ, Civitate vel loco. Similiter Generalis est inquisitio, quando notorium est crimen, sed occultus malefactor: & tamen generaliter, [c] ne fatus inquiritur, quis commiserit. [c]

*bac explicat
Act. in In-
fir. Moral.
part. 3. lib. 13.
cap. 17.*

X X X V I. Specialis est, cum Judex inquirit specialiter contra certum malefactorem, & hæc fit ad punendum malefactorem, ob publicam utilitatem: & fieri solet tribus modis.

X X X V I I. Primò, ex mero officio Judicis absque accusatione, querelâ & denunciatione alicujus. Secundò fit ad querelam alicujus contra aliquem: tunc enim propositâ querelâ Judex ex officio suo procedit ad testes & informationes assumendas. Tertiò, fit ad denunciationem alicujus Publici Officialis, ad denuncianda delicta deputati, (Solent enim vi Statutorum deputari Publici Officialis, ut malitia denunciantur, ne ea committantur, aut ne impunita maneant,) vel alterius non suspectæ personæ, tunc enim Judex absque ulla aliis rumoris indiciis procedit ex officio suo ad testes & informationes recipiendas.

X X X V I I I. Etsi verò certum sit, Accusationem esse remedium ordinarium, quo potest Judex procedere contra crimina & malefactores: Inquisitionem verò remedium extraordinarium, quoniam ex Jure communione regulariter Judex procedere per inquisitionem non potest;

test; niū certis in casibus Jure ipso permisſis, ut docet Azorius cit. loco.

X X X I X. Hodiè tamen ex recepto usu inquirit Judex licet de quocunq; criminis & maleſicio; quoniam Inquisitio ex consuetudine facta est remedium Ordinariū, procedendi in Judicio contra criminis & malefactores, dummodò procedat fama publica à Viris honestis, & non improbis & malevolis, ac non ferme sed ſaepius contra malefactorem, nec obſcurè ſed clarè diſſipata.

X L. Quando itaque Judex ad puniendo criminis ex officio procedit, Boni publici cauſā, tunc Accusatoris vicem ſuppleret debet publicus rumor, qui colligitur ex indiciis ſufficientibus. (cū ſola fama crimen ſufficienter non probet; quia dictum upius facile ſequitur multitudine nimis credula ac prona in malum. [d])

X L I. Indiciorū verò tres ſolent gradus conſtitui: nam quædam dicuntur Levia, alia Gravia, alia Graviflma. [e]

X L I I. Primi gradus indicia ſufficiunt ad captiuam Reorum, ut præcludatur iſpis omnis facultas auſgiandi, item ad inquirendum contra Reum, h. e. ut Judex ex officio ſuo affumat informationes & testes contra eum: & haec utraq; indicia dici ſolent ſuspiciones contra Reum.

X L I I I. Secundi gradus indicia ſunt ea, quæ ſufficiunt vel ad citandum Reum, quando abſens eſt, vel ſi præſens fit, ad examinandum & interrogandum eum.

X L I V. Tertiī gradus iadicia dicuntur ea, quæ indubitata ſunt, & ſufficiunt ac requiruntur ad condemnandum Reum.

X L V. Hic verò aperit campus exutiendi illam non minùs tritam, quam utilem & nobilem controverfiam, An Judex debeat ſecundūm Acta & probata judicare, an verò ſecundūm conſcientiam,?

[d] Leyman.
narr. in Theol.
Mor. lib. 3.
tr. 6. c. 2. n. 4.

[e] Aver.
part. 3. lib. 13.
cap. 2. 6.

X L V I. Nobis placet sequi ductum Nobiliss. & Excellentiss. Dn. D. Luduelli [f] distinctione rem ex-
[f] In Not. ad Weſtib. lib.
 pediendo, ut in dubio quidem, ubi Judex rem aliter se ha-
 bere certò nescit, secundum Acta & probata judicare de-
 beat, & Ream, si Actor plenè intentionem suam probave-
[g] Arg. l. fin. rit [g]
C. de R. V. vero certò sciat, probata in judicio falsa esse, certam suam
 potius scientiam & conscientiam, quam Acta & probata

[h] Arg. l. 3. sequitur. [h]

[g. 1. C. 2. ff. de

Testibus. C.

Arib. Hodie

C. de Iudic.

[i] in L. 2. de tix,

sens. experit.

socis.

X L V I I. Quod resperisse videtur Baldus, dum in-
 quit, Judicem duos sales habere oportere, unum Sapien-

[i] (sive scientia) alterum bona conscientia. [i]

X L V I I I. Debet itaque Judex Acta & probata in-
 Judicio diligenter ponderare, & si vera fuerint, secundum
 ea judicare; quod si vero falsa ea, & vel errore, vel malitia
 conficta esse certitudine saltem morali ipsi consticerit,
 scientiam & conscientiam potius suam sequi: ne alias ini-
 quitatis & injuriarum author ipse existat, contra I. 6. C.
unde Vi.

X L I X. Ipsa porrò Judiciorum Exercitia, si execu-
 tionem ejusqué objecta & modos respicias, ad tria genera
 revocari possunt, sunt enim alia Verbalia, alia Realia, alia
 Personalia. [k]

[k] Excell.

Dn. Professio

Theol. Moral.

pp. 57.

L. Verbalia fiunt per acres, serias & graves eorum,
 qui in culpa sunt, objurgationes, adhortationes, & (si
 quidem id non sufficiat,) per severas comminationes.
 Realia peraguntur per mulctarum impositionem, bono-
 rum confiscationem, munerum gereadorum exauditoria-
 tionem, aut prohibitionem, honorum publicorum abla-
 tionem vel diminutionem. Personalia exercentur per ver-
 bera, vincula, carceres, virgas, flagella, damnationes ad
 erga-

ergastula aut triremes, relegationes, mutilationes vel læsiones membrorum, ac denique gladium & extrema supplicia.

L I. Arque haec de Argumento sat nobilitate praesertim & pro institutione sufficient. Nobis enī placuit ferē non nisi rerum attingere fastigia, & fundamenta, jacere altiorum & ad Forum specialiter pertinentium dubiorum & controversiarum.

ENIM ET P A.

SI olim seculi sui Papinianus, Obertus Giaphanius JCtorum probationes in censu demonstrationum, et si mollioris brachii talium, retineti posse rectè putavit; quid aberit, quò minus ipsam Jurisprudentiam inter ejusdem generis scientias numerare liccat, præterim si consideremus, demonstrationem ad scienciam ut medium adæquatum referri?

II.

Ut adeò nec *παχνᾶς* aut rudi Minervâ, sed propriè & accuratè locutos fuisse Veteres *μημεινεις* JCtos crediderim, dum Jurisprudentiam definierunt non tantum *divinarum* atq; *humana* rerum notitiam, verūm etiam *justi* atq; *injusti* scientiam.

Et

III.

Et sancè quoniam Jurisprudentia , ~~et~~que atque aliæ disciplinæ , utitur non tam ~~ad~~ ^{ad} ~~litteris~~ & argumentis , quæ tantum vulgaribus hominum opinionibus ^{sunt} consentanea , quæm ~~ad litteris~~ & solidis probationibus , quæ ~~ad litteras~~ ex vernaculis & domesticis suis principiis , seu rerum civilium naturâ accommodantur ; non nisi summâ cum injuriâ scientiæ dignitatem ei detraxerimus .

IV.

Quod si Aristoteles in Moralibus , ut potè I. Eth. c. 2. & V. Eth. c. 7. atque alibi Civilem doctrinam scientiæ honore dignattit , cur eundem eripiemus Jurisprudentiæ , quæ est ^{ad} ~~litteras~~ Ethicæ & Politicæ ? cœn loquitur in de usi organi pag. 524. Neldelius *Philosophus Lipsiae incomparabilis* , uti à Taubmanno olim salutabatur .

V.

Nec obstat : Prudentiam eam secte dici & esse. Ea enim est natura disciplinarum practicarum , ut habeant aliquid in se theoretici & aliquid practici .

Qua-

V.I.

Quatenus igitur docetur *Jurisprudentia*, & præcepta sua rationibus epistemonicis & cum rerum civilium naturâ necessarium n^exum habentibus munit, eatenus recte ad scientiam refertur: ut verò præceptis illis utitur, eaqué ad singularia facta applicat, prudentia pars est. Vide Momecat præfat. ad Polit. Aristot. Scherb. de nat. Polit. Th. 24. Piccart. Philos. Altendorff. p. 316. Septal. de Rat. Stat. L. c. 1.

VII.

Quamquam negare nolumus, differre nonnihil Leges Civiles à præceptis Philosophiae Moralis & Civilis, quod cùm hæc propinquius è principiis naturâ insitis deriventur, illæ paulò remotius & his mediantibus inde deducantur, & ad specialiores actionum circumstantias restringantur, atque hactenus ab humanâ auctoritate vim suam obligandi obtineant.

VIII.

Enimverò præterquam quod istæ Leges non à Pratoris Edicto, neq; à XII. Tabb. sed penitus ex intima Philosophia hauriuntur, atq; ab homi-

C

*hominis natura repetuntur, ut loquitur Cicero
i. de leg. etiam ea, quæ Prudentum Decretis
sancita sunt, suis rationibus in naturâ fundatis
firmata esse tenendum est, propter aliquam
scilicet hominum, præsertim sapientum, cum
naturâ divinâ & cognitionem (quam
Aristoteles I. Eth. c. 5. & VI. Eth. c. ult. eleganti
voce exprimit) per quam ea pervident
& statuunt, quæ honestati sunt conformia, &
civili vitæ salutaria. In primis attendi hîc de-
bet, quod dicitur V. Eth. c. 12: *Usu peritorum
aut sénium, aut prudentum pronunciatis atq.
opinionibus, etiam non demonstratis, non minus
quàm demonstrationibus attendendum atq.
obtemperandum est.**

Faller



Fallor? an exemplum sequeris virtutis avitæ,
Dum Patris & Patrui signa probata legis?
Scilicet hoc *prudens* specimen, *solertia* mentis,
Acer & in studiis fervor ubique probant.
Perge urgere viam, singat *Prudentia* mentem!
Judicis ut dextrè munus obire queas.

Id quod Tibi

*Politissime Dn. Krahere, Amice ac
Conterraneo per dilecte,
animis optae*

Johannes Fridericus Nester.

Non satis esse sibi dicit, discrimina nōsse
herbarum, Medicus qui bonus esse cupit.
Scire potestates plantarum usumquē medendi,
Clarum Peconiā reddit ab arte virum.
Sic quibus incumbit sceptro sanare malignos
Imperii morbos, haud satis esse potest
Publica jura Foro sancte, animoqué tenete,
quid prodesse queat, quidvē nocere suis.
Temporis articulis Legum præscripta decorè
applicuisse juvat, qui sacra sceptra tenent.
Hoc nos egregiè celso de ponte cchedrae
Noster KRAHERUS non sine laude docet.

*Ex amico erga doctiss. Dn. Respondensem
adfectu deproperabat*

**Justus-Jacobus Müller/
Noriberg.**

AUGU-

AUGUSTUS CRAHERUS.

avay.

HAVE! GRATUS CURSUS.
AT USU CHARUS SURGE.

Quid fibi davenasi fasces, quid stricta sarcina,
 Quid baculi, & nodis affera virga, volunt
 Justitia signum tacitum sub imagine prabent,
 Corridie judex quam sine labe colat.
 Invictum hac penes arbitrium vitaq; necuq;
 Hec adamanda bonis, bac meruenda malis.
 Ast sunt prudenti semper moderanda Magistro,
 Ne varium savus conciseret ille gregem.
 Prudenter Themidi das ergo, CRAHERE, juventam,
 Judicis ut quondam munia ferre queas.
GRATUS HAVE! Musis studiorum est Cursus, At inde
 Serta tuis noctes doctior ordi comis.
Egregium inde deeno, famam egregiam inde capies.
 Inde nro magnum nomen honore geres.
 Moribus hu infa prudens, sic hoxter, & Usu
 Ad nrodi CHARUS limina SURGE poli!

P a V C V L a C o r D I C I V s .
 I V O C R A H E R O .

V o V e t

A V G V S T V S S C H R A D E R V S ,
 HaLa SaXo.